

DEDICATORIA.

stum ideo in Coelos ascendisse statuat,
ut secundum Divinitatem omnibus
Creaturis dominaretur: Hoc enim a-
liquam Deitatis mutabilitatem ne-
cessario inferret. Proinde relinquitur,
hanc sessionem ad dexteram patris, &
dominium Universale obtigisse per
Ascensionem Christo secundum as-
sumtam humanitatem: id quod nul-
lus Sacramentariorum unquam pro-
fitebitur.

Præterea B. Lutheri doctrina,
(hic autem primarius Confessionis
Augustanae fuit autor, censor, ap-
probator) de persona Christi tam
firmiter à nostris stat partibus contra
Calvinianos, ut vel hoc solo nomine
fictitius Benbellona noster, ipsum ab
opere Confessionis huius adornando
perficiendoq; dolosè removeere studeat.

Articulus nonus disertè pronun-
ciat, Baptismum ad salutem esse ne-
cessarium: At verò hoc ipsum gens
Calviniana διαρρήδην negat: asserens
non modò per Baptismum nullos in-
fantes regenerari: sed omnem ipso-

b 2 rum